

Band III., Nr. 624, Seite 92-94

Vor Bischof Otto von Würzburg und seinen Landherren und Dienstleuten wird der von Andreas von Hohenlohe vor seinem Eintritt in den Dienst des deutschen Hospitals in Jerusalem mit seinen Brüdern Gottfried und Konrad verabredete Teilungs- und Abfindungsvertrag wegen ihrer Burgen, Lehen und Dienstleute verkündigt und endgiltig abgeschlossen.

Ohne Ortsangabe, 1219. Dezember 16.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia Herbipolensis episcopus. Ne propter diutina temporum curricula memorabiles mortalium actus obliviose vetustatis oblinat antiquitas, opere precium est, ipsos tenaci scriptorum testimonio commendare. Notum igitur esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris, quod dilectus noster Andreas de Hohenloch, cum in servitium dei et beate Marie virginis se transferre proposuit, accessit in presentiam nostram una cum fratribus suis, Gotefrido et Cûnrado, ut ea que inter se et suos homines familiariter sub iuramento tractaverant, coram nobis et baronibus terre et ministerialibus nostris publicata finaliter terminarent. Sic convenientes, quod prefatus Andreas predictis Gotefrido et Cûnrado castra, feoda, homines tam militaris quam rustice conditionis, cum consensibus dominorum suorum, a quibus eadem feoda tenuerat, sub hac forma reliquit, videlicet quod Gotefridus et Cûnradus donaverunt Andree proprietates subscriptas: triginta iugera proprii vineti in Wichartesheim¹, Sconeбуhel² cum omni iure et decima, medietatem silve Kameruorst³, que fuit Friderici fratris eorum, lacum in Geulichesheim, molendinum et ortum, curiam in Sunderenhoun, iuxta pontem, et omnem proprietatem in Mergentheim, utrumque castrum, silvam Ketereit⁴, vishweide in Tubera⁵ et Tubereia pascua, teloneum, iudicium, et decimam ibidem (eo videlicet modo, quod si eam liberam et solutam facere nequiverint, in proprietate sua, ubicunque acceptare voluerit Andreas et hii qui vices suas agunt, plus talento uno annuatim ipsis quam eadem decima valeat proprietatis libere assignabunt) et cetera omnia, sicut felicitis memorie pater eorum et patruus absolute et libere tenuerunt, preter

¹Weikersheim, Weikersheim, TBB

²Schönbühl, Bad Mergentheim, TBB

³Kammerforst, unmittelbar an Schönbühl angrenzender Waldbezirk, vgl. Zeitschrift Württembergisch-Franken Heft 7 (1853), S. 76.

⁴Es stand anfangs „Ketereie“, das letzte „e“ ist aber in „t“ geändert. Der noch jetzt sogenannte Ketterich, Kötterich, Kötterberg, -wald, nördlich von Mergentheim.

⁵Die Tauber, es steht buchstäblich „vishweide“ (vgl. Schmeller, Bayerisches Wörterbuch, Bd. 4, S. 27, Nr. 2 „Die Waid“).

II

homines militaris conditionis et rusticos, quos nunc ibi habent, et eosdem sibi retinent, excepto Bertoldo, quem Andree iam dederunt, que omnia iam Andree cedent preter bona que mater eorum ibi tenet, que lipgedinge dicuntur, que post obitum ipsius Andree totaliter cedere debent. Presertim si que in predictis proprietatibus portiones occulte ab aliquibus detinentur, easdem statim cum scite fuerint, liberas faciant et solutas. Kunigundim etiam sororem suam, quam secundum predicta iuramenta sua honorifice maritare promiserunt, ad hoc, ut ipsa in omnibus prefatis proprietatibus in maturis annis omne suum ius abdicet, ordinent et disponant. Preterea, si qui hominum eorum, dei intuitu et spe retributionis eterne, se et sua ad domum predictam transferre voluerint, ipsi a bonis eos nec debent nec possunt propositis impedire. Super predictis omnibus et maxime super bonorum quacumque inpetitione sub iuramento prestito hec eorum promissio intercessit, quod ipsi a quocumque vel quandocumque proprietates eedem fuerint impetite, ipsi eas, a quocumque fratrum domus commoniti, infra tres menses faciant absolutas. Quod si minus fecerint, cuiuscumque portionis eorundem bonorum que impetitur, partem aliâs in proprietate sua duplabunt. Quod si nec hoc fecerint, omnia ipsorum feoda que a nobis et ecclesia nostra tenent, nobis et ecclesie vacabunt. Ubicumque itaque et coram quocumque et quandocumque requisiti fuerint, hanc vel aliam securitatem sub predicto iuramento facere tenebuntur. Predictis preterea Gotefrido et Cunrado, quod omnia hec rata et firma secundum iuramentum suum observarent, publice confessis, idem Andreas omnes iam dictas proprietates cum omni suo iure et omnem suam super predictis postulationem et respectum domui hospitalis beate virginis transmarine in Ierusalem, que Teutonicorum dicitur, cui et se ipsum sancti spiritus gratia dedit inspirante, absolutas et liberas tradidit et donavit. Et ut predicta ipsius donatio et omnium predictorum veritas, que secundum iam dictorum fratrum, Gotefridi et Cûnradi, sacramentum et confessionem acta sunt, rata et firma inviolabiliter observentur, nos ad ipsorum petitionem presentem cartam conscribi et tam nostro quam ipsorum et aliis, que presenti carte appensa sunt, sigillis ipsam fecimus communiri.

Huius rei testes sunt: Otto maior et Novi Monasterii prepositus, Thegenhardus maior scolasticus, Albertus de Walthusen, Boppo de Osternach, maioris ecclesie canonici, Baldwinus et Sifridus, canonici Novi Monasterii, magister Heremannus notarius. Laici nobiles: comes de Wertheim, Heinricus de Rotenuels, Cûnradius de Trimperch, Cûnradius de Nuenburch⁶, Cûnradius de Osternach; ministeriales: Theodericus et Albertus fratres de Hohenberch⁷, Richolfus de Lutenbach, Volkerus dapifer, Theodericus frater suus, Ludewicus

⁶Neuburg, abgeg. Burg bei Markt Bibart ?

⁷Höchberg bei Würzburg

III

de Northeim, Swicherus de Hehene⁸, Otto, Heroldus, fratres de Bastheim, Cûnradius, Warmundus, fratres de Erlach, Heinricus scultetus, Berengerus frater suus de Telheim, Marquardus Weiso, camerarius, Walpertus Torso, Albertus de Hesleibe⁹, scultetus, Heinricus pincerna, Reinhardus de Bûdert¹⁰, Vffo Weiso, Cûnradius Sweigere, Boppo de Linach, Hertwicus magister coquine regie, Bigenot scultetus de Nurenberch et alii quam plures.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M^o. CC^o. XX^o., XVII^o.¹¹ kalendas Ianuarii, regnante gloriosissimo Romanorum rege Friderico et rege Sicilie, episcopatus nostri anno XIII^o.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. Es ist ein Duplikat vorhanden.

An roten und grünen Seidenschnüren sind folgende fünf Siegel von zinnoberrotem Wachs angehängt: 1) Das in der Mitte, am linken Rand und in der Umschrift etwas beschädigte, runde Siegel des Ausstellers. Es zeigt den Bischof im Amtsschmuck mit Krummstab in der Rechten und einem offenen, nach außen gekehrten Buch, auf dem PAX V . . . noch erkennbar ist, in der Linken, auf einem mit Hundsköpfen und -tätzen verzierten Stuhl mit Fußbank sitzend. Umschrift: + OTTO : DEI : GRatiA : WIRCEBVRGENSIS : ECCLESie : EPiscopus : (die E gerundet, das Wort *ecclesie* ziemlich beschädigt). 2) Das runde Kapitelsiegel mit beinahe ganz abgesprungenem Rand, überhaupt sehr beschädigt. Figur: der hl. Kilian auf einem ähnlichen Stuhl, in gleichem Gewand, mit Stab und Buch, worauf X noch zu erkennen, wie der Bischof auf dem Siegel des Bischofs von Würzburg, und mit einem Heiligenschein um das Haupt, dessen Bedeckung aber nicht mehr deutlich ist. Umschrift: . . . TVS KILIAN . . . (d. i. *sanctus Kilianus*).

3) Ein rundes Siegel mit beschädigtem Rand folgender Figur: Eine Mauer mit einem rundbogigen Pförtchen in der Mitte, woraus eine durch zwei parallel laufende Bogenlinien gebildete, von einem Türmchen mit spitzem Dache gekrönte Kuppel, zwischen zwei ebenfalls mit spitzem Dach versehenen Türmen hervorkommt. Innerhalb der Kuppellinien befindet sich ein auswärts blickender Kopf mit einem Kinnbart und einer nicht mehr deutlichen Bedeckung. Zwischen den beiden Linien

⁸Hainhof, Mellrichstadt, NES

⁹Eßleben, Werneck, SW

¹⁰Bütthard, Bütthard, WÜ

¹¹Da diese sowie die Urkunden Nr. 627 (WUB, Bd. III, S. 95 f.) und 628 (WUB, Bd. III, S. 99), die von Bischof Otto ausgestellt wurden, von Kaiser Friedrich im Jahr 1220 bestätigt wurden, letzteres Datum aber durch das Itinerar Friedrichs feststeht, muss das Jahr 1219 für diese Urkunden angesetzt werden. Dasselbe ergibt sich auch aus der Zahl 13 der beigesetzten bischöflichen Regierungsjahre. Ottos Vorgänger starb 1207 Juli 12.

IV

scheint eine, jedenfalls nicht mehr lesbare, Legende gestanden zu haben. Umschrift: + WIRCIBURG. 4) Das dreieckige Siegel des Gottfried von Hohenlohe mit abgerundeten Ecken. Figur: Zwei übereinander stehende, links gekehrte, leopardierte Löwen mit herab hängenden Schwänzen. Umschrift: + SIGILL^{um} GOTEFRIDI DE HOHENLOCH (die E gerundet, das erste H in Kursivform). 5) Das dreieckige Siegel des Konrad von Hohenlohe mit abgerundeten Ecken. Seine Figur zeigt dieselben Leoparden oder leopardierten Löwen, rechts gekehrt, wie auf dem Siegel seines Bruders. Umschrift, nicht durch Randlinien getrennt, zum Teil zwischen die Figur gesetzt: SIGILLVM . CUNRADI . DE . HOHENLoch (U und N in *Cunradi* und H und E im letzten Worte verbunden, das M und das E, in *de*, gerundet). Die beiden letzten Siegel sind vortrefflich erhalten.

Hinten von ziemlich gleichzeitiger Hand: *Privilegium Ottonis herbipolensis episcopi super bona fratris Andree de hohenloch et fratrum suorum conuentionem cum ipso.* mit dem Beisatz von etwas jüngerer Hand: *hic ponitur iudicium.*

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 249 U 1 und U 2

Überlieferung und Textkritik:

Originale. Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 495 Nr. 15. In HStA Stuttgart H 51 U 40 (Urkunde Kg. Friedrichs II.) inseriert, unter Auslassung des Schlusses, bis *sigillis ipsam fecimus communiri*.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

Ortsindex:

Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)

Bad Mergentheim, TBB

Bastheim, NES

Bütthard, WÜ

Erlach, Ochsenfurt, WÜ

Eßleben, Werneck, SW

Gelchsheim, WÜ

Hainhof, Mellrichstadt, NES

Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W

Höchberg, WÜ
Jerusalem, Israel
Laudenbach Wohnplatz (3879)
Laudenbach, Weikersheim, TBB
Leinach, WÜ
Markt Bibart, NEA
Neuburg, Markt Bibart, NEA, W
Nordheim am Main, KT
Osternohe, Schnaittach, LAU
Rom, Latium, Italien
Rothenfels, MSP
Schweigern Wohnplatz (3687)
Schweigern, Boxberg, TBB
Schönbühl Wohnplatz (3659)
Schönbühl, Bad Mergentheim, TBB
Sizilien, Italien
Sonderhofen, WÜ
Theilheim, WÜ
Trimberg, Elfershausen, KG
Waldhausen Wohnplatz (6018)
Waldhausen, Buchen (Odenwald), MOS
Weikersheim Wohnplatz (3887)
Weikersheim, TBB
Wertheim Wohnplatz (3960)
Wertheim, TBB
Würzburg, WÜ